Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



malignauerunt ꝓ filiis et cogitauerunt aduersus sanctos suos
Dixerunt venite et disperdamus eos de gente et non memeretur
nomen israel ultra Dixerunt enim cogitauerunt unanimiter
simul aduersus te testamentum disposuerunt tabernacula
idumeorum et ismaelite Moab et agarenen gebal
et ammon et amalech alienigene cum habitantibus tyrum
Etenim assur venit cum illis facti sunt in adiutorium filiis
loth Ac illis sicut madian et sysare sicut iabin in
torrente cyson Disperierunt in endor facti sunt ut
stercus terre Pone principes eorum sicut oreb et zeb
et zebee et salmana Omnes principes eorum qui dixe
runt hereditate possideamus sanctuarium dei Deus meus
pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem uen
Sicut ignis qui combuit silua et sicut flamma comburens
montes Ita persequeris illos in tempestate tua et
in ira tua turbabis eos Impleas faciem eorum ignomi
nia et querent nomen tuum domine Erubescant et con
turbentur in sec sec et confundantur et pereant Et cognos
cant quia nomen tibi dominus tu solus altissimus in omni terra
Quam dilecta tabernacula Psalmus Cantica
tua domine virtuum concupiscit et deficit anima mea
in atria domini Cor meum et caro mea exultauerunt in
deum viuum Etenim passer inuenit sibi domum et turtur nidum
ubi ponat pullos suos Altaria tua domine virtuum rex
meus et deus meus Beati qui habitant in domo tua in secula secorum
laudabunt te Beatus uir cuius est auxilium abste ascensio
nes in corde suo disposuit in ualle lacrimarum in loco
quem posuit Etenim benedictionem dabit legislator ibit
de virtute in virtutem uidebitur deus deorum in sion Inclina
domine aurem tuam et audi eos mea auribus propitiare deus iacob
Protector noster aspice deus et respice in faciem christi tui